

## DE SUCCINO

copia cōuolant, siue recreationis cau-  
sa, siue quòd inde alimentū quærant.  
Omne enim bitumen pingue, aëreū,  
& subdulce est: & succinum quidem  
tam animantibus quàm hominibus  
ipsis esse salutare, experientia multos  
edocuit. Tantò autem & dulcius &  
alimento aptius bitumen est, quantò  
purius & liquidius fuerit: quãuis pro-  
pter lentorem & visciditatem pisces  
hanc materiam nō concoquere pos-  
se, facile crediderim, sed aliqua ex par-  
te alterare. Ideo M. Paulus Venetus  
asserit, id in balenis ad insulã Madai-  
gascar inueniri: nec Auicenna vel Psel-  
lus, qui in mare è fontibus effluere sen-  
tiunt, in piscibus reperiri negant. Et  
Serapio ait, Ambram è terra, quæ sub  
mari est, oriri, non aliter ac fungi ori-  
untur ex ea quæ eminent à mari: ipsam-  
que partim fluctus & tempestatem v-  
nà cum lapillis eijcere, atq; ita colligi  
in littoribus: partim pisces deuorare,  
quos cum interfecerint, ex ipsis exi-  
mi